



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Illegitimus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

terminos mali communis, & propter
eā est imperfecta in genere mali. Va-
lent. & alij 6. p. 1. tr. 7. ref. 24. & p. 3. tr. 4.
ref. 162. & p. 5. tr. 5. ref. 31.

Illegitimus.

INon est illegitimus , cuius conce-
ptionis tempore erat impedimen-
tum dirimens inter parentes , modo
ante eius nativitatem , sublato impedi-
mento , matrimonio iuncti fuerint
(Sanch. & Sayr.) Neque qui natus est
ex matrimonio inualidè contracto;
propter occultum impedimentū, mo-
dò alteruter parens bonâ fide . con-
traxerit. Coninc & alij 3 p. 4. tr. 2. ref. 59.

2 In dubio nemo censendus est illegi-
timus, vel spurius. Malder. ibi tr. 3. ref. 6.
3 Quando duo dubitant , uter illorum
sit parens proli illegitimæ, singuli non
tenantur , nisi ad medietatem alimen-
torum. Salas & CastroP. ibid ref. 31.

4 Possunt Generales Ordinum cum
illegitimi dispensare ad dignitates &
officia Ordinis absque Capitulo. Legi-
timatus autem à magistratu tæculari, si
ingrediatur Religionem, non censetur
legitimatus ad officia Ordinis: quia ma-

gistra-

gistratus non tollit impedimenta canonica. Portel & alij. p. 3. tr. 2. ref. 102.

5 Filius Clerici, qui etiam est Clericus, non potest legitimari à Principe laico: quia legitimatio est actus iurisdictionis. p. 1. tr. 2. ref. 112.

Indulgentia.

1 Poteſtas concedendi indulgentias potest acquiri consuetudine preſcriptā, ſicut poteſtas dispensandi in votis. Laym. & alij 3. Illam tamen de facto non habent vel Concilium gene rale, vel aliqui Prae lati Episcopo infe riores, et ſi iurisdictionem habeant epi scopalem. Granad. & alij 2. p. 5. tract. 12. ref. 21.

2 Indulgentia tot dierum, vel anno rum intelligitur de diebus, & annis hu ius vitæ, & de pœnitentiis tot dierum iniunctis, vel iniungendis. Rodriq. & alij. ibid. ref. 39.

3 Ad valorem indulgentiæ requiritur cauſa non tantum pia, ſed etiam proportionata. Suarez & alij 12. et ſi con trarium etiam probabile ſit. Valent. & alij 3 ibid. ref. 10.

4 Quando pro aliquo altari in E clesiâ conceditur indulgentia cum

V 2 clau-